



NUESTRO AMADO REY FERNANDO VII

aflijido con la presencia del exercito frances y forzado a ir a
Bayona por las insidias del tirano de Europa dexa su banda a
ntra Sra de Atocha siendo sudicha y la de la Nacion
Espanola en esta divina Señora.

DE BELLO GALLICO

ADVERSUS HISPANOS

(ANNO DOMINI 1808.)

ORATIO

D. D. Petri Antonii Fernandez de Cordova
Sanctæ Cathedrals Ecclesiæ Neo-
Conchensis Archidiaconi.

• សាស្ត្រិយ • samskritha abhisarita

SUPERIORUM PERMISSU

LIMÆ: IN HORPHANOTROPHII TYPOGRAPHIA.

M. DCCC. IX.

DE BERTO GATILLO

ADVERSUS HISPANOS

Je suis loin de prétendre à aucun succès ; mais je pense aussi , que tout homme qui peut espérer de trouver quelques lecteurs , rend un service à la societe , tachant de rallier les esprits à la cause religieuse ; et dût il perdre sa réputation comme écrivain , il est obligé en conscience de joindre sa force, toute petite qu' elle est à celle de l' homme qui aime la vraie Religion et la Patrie.

Chateaubriand.

Génie du Christianisme. Préface .

FELIX DENEGRI LUNA

BIBLIOTECA

MAR 18 1956

INSTITUTO RIVA-AGÜERO

PONTIFICIA UNIVERSIDAD
CATOLICA DEL PERU

BIBLIOTECA



, misericordia et clemens. Namque enim etiam super ea, ingibit
felicem deum, cuiusmodi est.

INTRODUCTIO.

ITE OCULE MEI , LACRYMAS
lacrymis miscere juvat....Galli hacte-
nus homines: nunc etiam iminantes feris, qua-
rum ferocissimæ quæque intactum hominem
transeunt , mitescunt blanditiis. Ita Delphines ,
quibus velocius nihil habent maria , ita ut etiam
salientes navium transvolent vela; cum provoca-
ti insigni aliqua contumelia , iraque subjacent ,
inhorrescant dorsuales spinae , et statim mi-
næ et bella. Admove omusicam , conquiet sunt
animi , et ubicumque symphoniam est , gregi-

bus adnatant. Admove hamanam vocem multacentem, blandientem, recondunt iras tanquam in vaginam, ut captos arbitrere humana voce tanquam modulis, et tibiæ cantu. Quid quod familiaritate semel imbibita mœror exurgat, si qua mors occupaverit amatum, etiam usque ad ultroneam mortem, ut nihil in his requiras, præter ferrum, et manus, quibus testentur amorem?

Quantò Galli, si oculis Europam quapater inambulemus, immanissimis belluis crudeliores sunt? Rapiuntur non uno loco in quemcumque sanguinem: non et vicinum adeoque ejusdem uteri mutuo se victimas habent. Hi sunt quibus cibi humana viscera, et qui hostilem cruentum è vulneribus ehibunt belluino suctu, credite apud hos gloria ab epoto sanguine, ut inter opprobria vel maxima sit hunc ignorasse, castasque retulisse fauces, quin et foedera inter hos cruentalia sunt, mistaque sanguinem alacres hauriunt. Nec honos

alius major quam plurimum hausisse ab adversarii jugulo, dum adhuc calet anima, et spirant minæ, et fervent odia, quasi æternam inimicam animam in viscera sua, tamquam in hostili monumento, quo æternum sæviant, ne quid immanitati desit: sunt tandem, quibus decus summum in Regum suorum cadavera sævire dentibus.

O Galli! Non belluas vincitis? omnium ferocissimam Basiliscum tradunt. Herbas necat et arbores, corruptum aerem, ut nulla prope avium impunè transvolet: adeo pestilenti spiritu in vicina quæque grassatur: horrentque etiam serpentum reliqui si quando vel emimus venientis sibilum experiunt, proniique fugam meditantur. Galli non vicina tantum, sed terrarum ultima ferro et igne populantur, ut cum in propinquuo desit, quærant per tot spatia crudelitati suæ segetem. Et Basiliscus reliquæque ferae raro ad san-

guinem propter ipsum veniunt, fame stimu-
lante rapiuntur ad hæc sæva, quæ ubi re-
cederit, plurimum et ira, et crudelitas: nec
resumunt hanc, nisi aut proritate, aut famæ
victæ. & Galli quantis de causis ad sanguinem
decurrunt? Quantis in innoxio sæviunt ju-
gulo? Quoties effera rabie viscera scrutantur
nihil nocitura? Et belluis satis est occidisse:
Galli etiam tormenta in morte querunt.
Nec hic stare consuevit crudelitas, adeoque
ne per otium semel tympanis excitæ torpes-
cant manus, sontibus exhaustis, itur in in-
sontes, ut jam juxta bonos ac malos truci-
dare gloriosum; virgines rapere pulchrum;
venerandas Christi, Mariæ, Sanctorum ima-
gines immundissimis secretionibus conspurcare,
laudabile; sacrorum ministros mactare, pium;
templa sacra spoliare, licitum: Christi Vi-
carium contristare, christianum: Reges ipsos
agredere, et simulato amplexu ad vincula
trahere, honestissimum: Religionem, Eccle-

siam, rationem ipsam susque deque-vertere, philosophicum: cadaveribus denique cruento, scelere promiscue omnia complere, consentaneum.

Sed neque hic Gallorum furori finis. Itur in lapides, arbores, herbas, pomeria, in piscinas, fontes, flumina, ut ad ferociam satis sit adnumerandum aliquando fuisse inimici possessionibus. Si ferro vulnerique materia desit, quousque & furor! Et ex his laudem etiam sperant repleturi alicuius historiae lacunas infami pagina: minus nimirum gloriosum classem in hostili natasse sanguine, cadaveribusque acta retro flumina; si non orbis ipse subducatur pedibus, si non incendio late populante, pecoribus arboribusque enectis, in mutos saeviatur lapides, in hostiles cespites, in ligna, et lateres, minus fortes, validique habeantur. Et homines hi dici volunt imo christiamissimi, et non immanissime bellue? Sed et gloriam sperant tamquam à genero-

sa manu, et pectore tam barbara nascantur: virtutisque etiam nomen sceleribus imponunt, hinc pessimarum rerum audacia fortitudo vocatur; bona aliena largiri, liberalitas; misericordes, æterii fides; alieni innocui sanguinis prodigi largitores, justitiae ministri: qui cum bonos omnes perditum eant improbos quoque saveant, reipublicæ consuluisse videri volant: cumque passim oppida, municipia, regnaque spoliaverint, stupris omnia polluerint, non sacro non profano abstinentes, continentes auditi volunt: et commune jam vitiis, virtutis nomine insigniri velle, tegiturque pulchro titulo infamis Natio.
 Atque hi Galliae semper fuerunt tanquam arboris suæ poma, calmi sui granum, palmitis sui botrus. Venio ad istius belli causam, et exitum. Rem arduam! neque enim gratuitò quisquam bella, et ferrum concitat.



PARS I.

O dolor ! O barbarum , efferumque ferrum
 inferis non ccelo cusum ! Ignibusque devoven-
 dum caput quod primum austum fuit arma-
 re manum , magis etiam cum in viros Prin-
 cipes , Reges , Regnaque Catholica . ; Mi-
 seranda conditio ! et ante lacrymis , quam
 calamo diluenda ! Voces fundite quærulas , la-
 menta cadant , madeant genæ , dum BELLUM
GALLICI ADVERSUS HISPANOS causam
 pandere lubet . Occasionem sincerè fatemur ,
 agnoscimus in nequitia hominis perversi , qui
 inconsulto favore superexaltatus , et Gratiarum
 commercio ditatus , deinde Principis necem
 moliri consuetus , Regnique regentiam ambiens
 sitibundus , justo Dei judicio à populo lignis ,
 lapidibus , alapis curvatus , posteà ad Gallos tan-
 quam ad ipsius dignissimos carnifices missus ,

C.

tandem execrationi, infamiae deditus; GAL-
LICI BELLI præda fuit, qui *Pacis Princeps*
cognominari voluit. At Napoleonina ambitio
Godoyanam superans sub amici pallio, et
osculo pacis sacrum è pientissimi, suavissimi-
que FERDINANDI dextera sceptrum subripe-
re, et ad sacrilegam immundamque fratris ma-
num transferre conatur. Igitur Napoleonem
Bonaparte gallorum Imperatorem, et totius
Europæ tyrannum, dominandi livido, et im-
modicæ gloriae sitis, cùm maximam laudem
in maximo imperio poneret, ad arma ferrum-
que protrusit: nam quid aliud agebat Ale-
xandrum, et ad ignota mittebat, cum orbe
toto circumferret arma, nec pateretur sub
uno sole subsistere nullo lassitudine sanguine
immanissimi pectoris sui rabiem; crudelium
ferarum more, quæ plusquam exigit fames
mordent: cùm ultra oceanum, mundique
claustra properaret, indignabundus ad an-
gusta Herculis, Liberique vestigia? Non

immensa crescendi cupiditas? Neque ille turc
ibat, sed rapiebatur ponderum more in pree-
ceps actorum quibus volvendi finis est ja-
cuisse. Ita quod naturae satis est, homini non
est; cum inventus fuerit, qui concupiseret
aliquid post omnia.

Quid Pompejum externa, quid do-
mestica inire bella, quid illum in Asiam,
Africam, Hispaniam per nota, ignotaque ma-
ria, terrasque traxit? Qui per tot fluminia
inaccessaque prope homini nemora, arenos-
que campos, et solo pulvere suo, macieque
notos? Quid per pharsaliae agros, cum Aquil-
lae utrimque Aciesque starent romanae, que
orbi domando satis esse poterant, et sanguis
etiam olim matrimonio natus: si non insa-
nus imperandi amor, nomenque Magni?

Quid Cæsarem in sua justa, ac publi-
ca immisit fata? Non ambitio, et gloria?
Unum supra se ferre non poterat, cum Res-
publica duos ferret. Gallici triumphi vix tan-

dem Romano sanguine parti , nimis levia glo-
riæ præmia , nisi accederet Italia , et in Afri-
canum . Asiaticumque exilium Roma mittere-
tur , tot locis damnata , quot orbe toto im-
peraverat , nisi pharsalici campi Romano na-
tarent sanguine ; nisi Republica in Dictatore
Dominum , non Consulem admitteret , expleri
ambitio non poterat . Quanto majore in om-
nem posteritatem pietatis gloria cum Camillo ,
civili parandum imperium sanguine exilio
posthabuisse , cum eodem , laude etiam in
omnem æternitatem majore armatus , si qua pa-
triae necessitas , si quis extraneus hostis postu-
lasset redditurus . Quantoque majore cum Corio-
lano laude non matris imperio , sed patriæ cessis-
set , lacrymis clerior jam à miseratione , quam à
civili sanguine ? Frustrâ hæc ambitioni mo-
nita . Nescit illa lacrymas , sanguine pasta ;
nescit misereri cædibus saginata ; ignorataquœ
huic pietas , quæ impietati litavit , et per quam
viam crudelitati stravit . Nam si quæ fuit cùm

matrio lacte imbibita , eluit hanc civicus crux
 efferaque pro pietate barbariem insevit. b.
 Quid Marius omni Teutonis, Cimbrii
 que consideret , cum Jagurtham per exsuc-
 cida Africae desertar , per ardorem pulverem,
 per saxa sole indeccta , per hostios ardoribus
 campes , sylvasque rupibus suis implexas se-
 quaretur : cum post Minthurnensium paludes,
 post sex consulatus raptos civili supra Numi-
 darum , et Teutonum sanguine madereret ? Tot
 illum operula , viarumque incerta , bellorum
 que dubia appetuisse credemus virtutis vim
 pulsu : Marius exercitum , Mariumi ambitio
 ducebat , et per patriae cineres raptabat
 quanto prudentius cum Scipione exilium , cum
 Catone mortem delegisset . Sed nimirum am-
 bitioni patria peregrina est : cives hostes sunt,
 suorum sanguis Baianæ Thermæ , quibus im-
 manis hæc bellua pulverem deterget omnis
 humanitatis , si qua fors reliqua à patro lacte
 supererat.

Quid Sullam in civiliam rapuit bella ?
 Quid Romanis civium suorum matare sanguis-
 ne i proscriptiōnibus, vinculis, exilio coegit ?
 Si non æmula Marianis utrophēis ambitio p-
 efferaque sanguinum sitis ? Nisi mitē ambi-
 tioni erat peregrinoq; patriam madere sangu-
 ne. Nimis tritum hostili lassari cadavere : ni-
 si civium suorum fatigata cædibus infelix in-
 gemit et genitrix, non sat litatum ambitio-
 ni foret. Et qui sciret imperium Sullæ angus-
 tis Italia terminis clauditum, proscriptiōnibus
 orbis cīm plendus erat, ut nullus jam angulus
 imperia ignoraret. Atque Bonaparte, cūm infestis omnia
 signis concuteret, cūm ageret ante se agmina
 victarum gentium, cūm Ægipium, Ger-
 maniam, Italiam ipsaque Galliam triumpha-
 libus plaustris circumficeret, turbinum volve-
 batur more, qui ipsi vante omnia volvuntur
 eoque a maiore impetu, quo nullum ambitioni
 frenum est: rapitur enim ipsa prior cæpo

incursu horrentium fluctuum more, qui ante
 colliduntur, quam collidunt, et repercassa,
 magis etiam in se senviant. Quanta Napo-
 leon nunc intus bella fovet anima? Quam
 validis propter Hispanias torque or cogita-
 tionum exercitibus? Quidam (licet absens) Ga-
 llorum næce concutitur? Iatis senviora pra-
 munt bella ascendentium invicent, mutuoque
 se prementium et interficiuntur cogitatio-
 num, curarum, anxietatum. Nulla hic ac-
 ne in alta quidem pace, pax sedet, nullus
 sine ferro somnus, sine tympano ac tuba
 nox est, dum alia ex aliis miscuntur, novas
 que spei, timoris, gloriae, aut ignominie
 causas suggestum, secunda malorum matre
 ambitione, perpetuo infelici partu soboleque
 suos locupletante; Eternum miser Napoleon!
 cui nulla animo quies, sed æterna collisio
 est, maximo persimilis æstui, cui nulla
 statio est. Ac licet opum et glorie fere causa,

Bella inter mortales sint, plurimum tamen
 his libertas praetexitur; quam nemo paulo
 generosior nisi cum anima simili amittit. Ne
 cessitas etiam fidei ac religionis tuendae pro
 qua non fortunas modo, sed et animas po
 niere pulchrum. Quam vero qualemve liber
 tatem invasit Hispania? Propriam sustinuit,
 non turbavit alienam. Quod si de religione
 agatur, o Napoleon, que tua religio? Sicut
 dum Christianis Christianus, et cum hereticis
 hereticus, ita cum judaeis judaeus, et cum
 muhammadis mahometanus fuisti. O miser
 hypocrita! non tam mendax, quam mendax
 cui amans sic tibi mentiris in religionis ne
 gocio? Crede mihi, non nisi insipientes, qui
 in corde suo dicerunt non est Deus blandien
 tes, blasphemantes, roborsi tui decus excu
 sientes omnipotentem te etiam praedicarunt.
 Quid sic magnum? An magnum in Regio
 revire sanguine? et belluas feritate superare
 aut in natura edecorationem flumina ma

riaque humano cruroe vincere , telluremque
inviso rore fecundare ? An stare repercuoso
cursu cadaveribus flumina , humumque sub
pondere ingemiscere indignabundant ? An Du-
ces sacrilegos , rapaces lupos in messem Do-
mini mittere ? An Unam , Veram , Sanctam
Catholicam Ecclesiam dividere , turbare ? Pas-
torem percutere , et ovile Christi lupino la-
tratu terrere ? An Gentem amicam sacco ,
gladio , ferroque clare ? Et ego vos credam
homines , ac non omnibus , quæ umquam ,
quæ usquam fuerunt Monstris efferationes ?
; O Murat , Junot , Dupon , Coulaincourt ,
Moncey , Le-Febre , Vertier , Duesme , no-
mina in æternum execrabilia ! Vosne brachia
omnipotentis vestri ? Coeterum insani ! Qui ,
qualisve exitus vester erit ? Sistite pauca loquar.

E *

aegyptiorum et ethiopum. ex quo. oramus. auxilium
 obsecrare. esse. a PARS II. Et quod. omnes
 dei. supermundi. omnipotest. audire. ab eo. non. ha-
a Minora tibi, Babylonia, conatu tentare vi-
 detur Gallia, cum arrogantiam coelo mini-
 tantem, dispertivit in linguis Deus? Et mi-
 norem dexteram expectat, aut fulmen me-
 rebitur Sodoma mitius, tardiusve? Exitum
 nunciet initium: rem probet eventus: dum
 per universam Hispaniam, et ferè per omnes
 Peninsulæ anfractus (Aurora protegente Ma-
 ria) miseri Galli ad alterius sæculi justa ò
 nimium! Tribunalia rapiuntur, trahuntur.
 Trahuntur inermes nudique feralis sententiae
 miseranda capita, infelisque æternitatis hos-
 tiæ infelices. Pro sanguine Hispano inter sæ-
 vas carnificum manus, nullo ævo mitigandas
 perennaturis ignibus. Hic millena millia mili-
 tum, et efferatarum Napoleonis Legionum
 exitus nullis imbribus, aut oceano purgan-
 dus, nullis oculorum fluminibus. O Galli, ubi

cogitationes vestræ è medio adeò ne inchoato quidem, non raro rapitur cetsu aliquis vestrum, è cogitato scelere pura adhuc manu; è meditato facinore, integro licet corpore, ad alterius ævi iniuria rostra, in quibus quisque, et ille inventor belli istius, nostrarumque terrarum circunspectator, toto contremiscat corpore: ut nec virgultæ patentibus quoque campis, ruentibus undique ventis, tot tamque variis concutiantur motibus: hic ille quem in alieno sanguine, ut medio pisces mari vidistis ludibrium, pallidis pavensque ad nihil profuturas decurrat lacrymas, ad muliebria armas. Hic ille Marengi Austerlitz Jenæque Heros exitialis flammæ fæcula ignem cædesque spirans, prælas sanguinemque deructans, latrocinia devoiens, Regnorum, Urbium, Villarumque viduator, Agrorum barbarus depastor scelerata sceleribus farciens, omniumque sator criminum, ad supplices decurrat preces, ad non valitura

vota : advolvitur genibus , nullis suspiriis mitigandis , prosternitur pedibus , nullis submissiōnibus flectendis , et ad ultimae denique desperationis blasphemias descendit voces .

Flecte hic oculos , ó Napoleon , ad omnes prope bellis , et imperio claros , vide quām pauci sicca morte , quām pauci sua desierint , quām prope nullus cui non parata ruina , proculatio , carnifex , nec magnis ista momentis divisa . Horæ momentum interest inter triumphos , imperia , et aliena genua . Cræsum cogita , qui rogum suum , et ascendit jussus , et extingui vidit : Jugurtham , quem Roma intra annum , quām timuerat spectavit : Ptolomæum Africæ Regem , Armeniae Alithridatem intra Cajanas custodias populus Romanus vidit . Quid Melio , favor amplissimæ civitatis , quid Gracchis avi Scipionis memoria ? Quid Diuso Sanctissimi spenates ? Hic resectis palpebris dolio præacutis in orbem stimulis prominentibus , vigilia , et vulneri-

bus cedit. De Pompeji capite post orbem
victoriis circumactum, post Magni nomen,
non pupillus, et spado tulere sententiam? Non
de Crasso crudelis, et insolens Parthus? Ni-
hil valueret preces, nihil hic jurisjurandi
sanctitas. Neronis efferos mores, farale pec-
tus, quæ non loquitur pagina? Othonem quis
nesciat? Quis inexplebiles non audit Vitelii
libidines, et excarnificatus in Tiberim dei-
citur. Cæsarem Caligulam imperii portentum,
quis non legit? et tamen post notissima illius
verba: *Omnia mihi, et in omnes licent utinam*
Romanus populus cervicem haberet unam sex et
triginta concisus vulneribus jacet.

Quid inhæreo his tam funestis diu-
tius? Carptim decurrat infelices magnorum,
bellicaque laude clarissimorum exitus. Vene-
no periisse domestico, et inter amica aut
medica pocula, convivalesque mensas narrant
historici Alexandrum Magnum ab Antipa-

tro, Teberium à Cajo, Clodium ab Agrippina, Britanicum à Nerone, Trajanum Constantium à suis: spontaneo periisse veneno volunt Temistoclem, Annibalem apud Antiochum, Diocletianum Constantini metu. Hostili veneno, Philopemem, Photionem: Aratum vero Philipi imperio.

Jaculis confixis jaceri Alcibiades, cùm ignem effugisset: Valens in tugurio Gothicis flammis perit lapidibus. Nicias Atheniensis, Milciades, Demetrius, Tiberius, et Commodus, Cæsares.

Ferro suo perierunt Antonius in Cleopatrae sinu, Brutus post Cæsaris necem, Otho apud Bebrianum, Magentius, et Uticæ Cato.

Jam suorum ferro quanti? Romulus à Senatu, Coriolanus à Volscis, Sertorius à suis, Pompejus ægyptio romanoque cadit ferro. Domitianus, Maximus, Valerianus, Trebelianus, Celsus, Aurelianus, Nisephorus aliique innumeri.

Cum exilio, imperio pulsos habemus
 Alcibiadē, Temistoclem, Cimonem, Timo-
 theum, athenienses: Leonidam spartanum,
 Tarquinium romantum, Dionitium siracusatum.
 Hic exitus primorum ferè orbe bella-
 torum imperatorumque, non post tremorum ut
 reliquos extra Orientis ac Occidentis impe-
 rium taceam, quos longum foret recensere.
 Quid nunc de Auctoribus nactis Ludovici
 XVI? Quid de Philippo *Egalité* ipsius Regis
 perfido Patruo? Quid de Robespiers, Marat,
 Barras, Chavot, cæterisque magnæ vestre
 regenerationis Incentoribus, Fautoribus, Patri-
 archis? ; Et tu Napoleon! fido robori, fidi-
 to Regnis, fide Legionibus, fide Machinis,
 tam fragili inniteris, tam dubio labilique in-
 figeris gradu, effera una manus parata mori
 quid non potest? An demens manifesta ne-
 gas? En pectus inustæ maculæ defrinxit,
 vitiisque inolevit imago, nec sese commissa
 tua regunt. Cunctorum si facta Tyrannorum

símul jungantur in unum , præcedes numero.
 ; Cui tanta piacula quisquam suppicio con-
 ferre valet ? Quid denique dignum omnibus
 inveniam , vincant cum singula poenas ? ; Eu-
 menides ! Tollite de mediis umbris hominum
 dedecus . Agitate flagellis trans Stiga , trans
 Danubium ; vacuo mandate Barathro , infra
 Titanum tenebras , infra recessus Tartareos te-
 trumque Chaos , quæ noctis opacæ latent fun-
 damenta , penitusque inmersus anhelet dum
 rotet astra polus , dum feriant littora venti.
 Enō Napoleon ! exitus tibi , atque tuis de-
 bitus.

ETHIOLOGIA.

; O HISPANI verè beati ! erigimini , præ-
 liamini prælia Domini , prælia Religionis ,
 prælia Patriæ . Christus in capite pro galea
 sit , Fides pro clypeo , fidelitas erga Regem
 pro ferro , fiducia pro pane . His armamini :
 ; quid metuitis sanguini , aut exhorrescitis vul-

nera? Etiam inter hæc, fiducia pleni erigimini
 si genu si pugnandum est audete. Post
 livores, et dentium subjaculatis rupibus fra-
 gores; audientiores exurgite. Fluit sanguinis?
 Vires ille addat: ita Veteranus vires à san-
 guine, et vulnere sumit. Properate in Galliam,
 in Parisim. Contemnite gallicas Legiones um-
 bone tecti Christi: FERDINANDI flatu diffu-
 gient hæc agmina. O Palafox, Cuesta, Ro-
 mana, Blak, Reding, coeterique gloriosissimi,
 atque in æternum vivituri Duces! Sanguis
 vester clarissimus auro nostro, gemmisve pre-
 ciosior, adeoque non terreis, sed cœlestibus
 amphoris servandus, Hispanis omnibus tuba,
 et tympanum sit ad nova bella. Bella sci-
 licet defensionis, non ad alia quæ non sa-
 piunt Christum nostrum, quæque Nationi
 Catholicæ non decessant: utinam enim nusquam
 bella, odia, ferra, iræ, et indignationis.
 Incipiamus dum vita manet æmulari

facta, quorum speramus associari consortio.
 Incipianus sequitur que possessa uniuocabuntur,
 initari, quorum fructione gaudemus, et exul-
 tabimus letitia inenarrabili. Non insimum sig-
 num est ccelo depafari si pacem amerit, pa-
 cem soveat. Hinc illud, beati pacifici, an quo-
 diam filii Dei vocabuntur. Si filii Dei, pacis
 cultores, quales erant et: cuius filii, discor-
 diarum seminatores, bellorum maximique
 civiliuni in centores, cædium administrari odio-
 rumque omnium tubæ ad tympana saevum
 intonantia? Et vero pacem benevolentis dex-
 teræ Domini signum esse, ab Isaia discernimus:
 Confrabunt gladios sube in vomeres, et lanceas
 suas in falces. Non levabit gens contra gentem
 gladium, nec exerceretur ultra ad præsum.
 inoitis Bella vero indignaris, saevientis, ac
 sceleribus nostris provocatae dexteræ signum
 esse, habemus Levitici 26. Quod si ambulave-
 ritis ex adverso mihi, ego quoque contra vos
 adversus incedam, inducamque super vos gla-

dum ultrorem fæderis. Et Deuteromii 28. Quod
 si audire nolueris vocem Domini Dei tui ut
 custodias et facias omnia mandata ejus; ponet
 jugum ferreum super cervicem tuam donec te
 conterat. Adducet Dominus super te gentem
 de longinquo, et de extremis terræ finibus in
 similitudinem Aquile volantis cum impetu: cu-
 jus linguam intelligere non possis. Gentem pro-
 tecacissimam, quæ non deferat Levi, nec misera-
 tur partuli, et devoret fructum iumentorum
 tuorum, ac fruges terra tue, donec intereas,
 et non relinquat tibi triticum, vinum, et
 oleum, armenta boum, et greges ovium: do-
 nac nec te disperdat, et conterat in cunctis ih-
 bibus tuis, et destruantur muri tui firmi,
 atque sublimes in quibus habebas fiduciam in
 omni terra tua: Bella ergo scelerum pena;
 et quidquid illa individuo fere nexu comita-
 tur in vindictam est. Pax contra, Virtutis præmium, pie-
 tatisque, ac probitatis merces magna. Hinc

illud : *Habitabit Lupus cum agno, et Pardus cum hædo accubabit : Vitulus, et Leo, et ovis simul morabuntur, et puer parvulus minabit eos. Vitulus, et Ursus pascentur, simul requiescent catuli eorum : et Leo quasi bos comedet paleas* (Isaiæ 11) *ut exprimeret pacis augustam amplitudinem, ingensque bonum adversantia mutuo conjunxit, arctissimoque vinculo nulla ætate, nullo robore solvendo invicem pugnantia colligabit. Eveniant hæc nobis, pacisque aeternum cultores, Deique aeternum filii nominemur, et simus.*

Oh FERDINANDE HISPAN. ET IND. REX! Accingere imperiali Corona, quam tibi Somniator ille Joseph frater Primogeniti Diabolus irritis omni jure cessionibus subripere tentaverat, quamque tibi subditi fideles Hispani, atque Americani omnes perseverantes, et obedientes, tam jure successionis, quam lego amoris, et jurisjurandi incolumente, et sanguinis effusione sustinere testamur. Ergo

Domine mi REX! ne tristeris valde. Tristitia hæc vestra præsens vertetur in gaudium. Si adversa semper acciderent, quis sustineret? Si semper prospera, quis non contemneret? Sed rerum tanta gubernatrix Sapientia horum pernecessaria vicissitudine, eo moderamine electis suis cursum vitæ temporalis alternat, ut nec adversa frangant, nec læta dissolvant, cum potius, et ista ex illis gratiora, et illa ex his tolerabiliora reddantur. Accingere armis Christianis: Sanctissimæ Delparæ tutela protectus, tutus per medios hostiles venies Cuneos: tutus Castra penetrabis inimica. Cœterum, o REX, liceat cordi meo hoc unum eructare verbum bonum: & Arma projectit hostis, et inermes protendit dexteræ, oneravitque palma, lilio, rosa, viola pro ferro? Ne crede: majora bella parat, et magnum ali quod meditatatur malum. Ignis hac palma tegitur, lilia felle madent, et toxico tintacta

(30)

rosa, violaque est. Ne tange quidquid ab hostili manu venit, durum sit, aut molle, amarum, aut deliciis afluens, cædes et flamas de proximo minatur: venena, et direptiones de propinquò jaculatur. Neque unquam magis, aut ille timendus, aut armanda dextera est, quam cum pacem mentitur. Bella tibi, et æternum ab illo sunt. Macte virtute Christi, nec arma pone, donec in Dei nostri sinu generosior felicem possueris animam, Cœlo in omnem æternitatem donandam. Benedictus per omnia Deus, qui fecit nobis vilescere Mundi gloriam, largitus suam. Dixi.

Conchæ Peruvii pridie Kalendas Martii MDCCCIX.

FELIX DENEGRI LIBRARI
BIBLIOTECA

MAR 18 1956